



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Evangelistarivm M. Maruli Spalaten. opus vere
euangelicum, sub fidei, spei & charitatis titulis in septem
libros partitum**

Marulić, Marko

Coloniæ, 1532

VD16 M 1298

de vitio male ieunantium. cap. 23.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35578

videbatur, qui etiam languētes aquam frigidam, sicut
de fonte hausta erat, bibebant, ac tam procul a vino q̄
ab urbibus aberant. Nunc tanto magis deo fruuntur,
quanto continentius vixerunt. Rursum pensitare pro-
derit, quantum deliquerant illi, qualiterque a deo mul-
tati sunt, qui ob gulæ incontinentiam in Moyſen mur-
murauerunt. Profecti ab Aegypto ibant cum illo per
solitudinem: & cum esurirent, manna de cælo pluente
aliti sunt: & cum fitirent, aquis de petra eductis potari.
Deinde postquam manna contempto Aegyptias dapes Psalm.77.
concupiscent, cornicium vis ingens castra operuit: q-
rum carnibus ad naufragia usque satiati, malæ concupi-
centiæ proteruæq; murmurationis, qua & dñi & Mo-
yſen ducem suum offendierant, pœnas dedere. Nam ut
in psalmo dicitur: Adhuc escæ eorum erant in ore ipso Psalm.77.
rum, & ira dei ascendit super eos, & occidit pingues eo
rum, & electos Israel impediuit. Nemo igitur sibi tutu
putet, non contentari ihs, quæ deo largiente in mona-
sterio habentur, vel ob hoc patres incusare, quod ipse
minus copiose abundet, cum necessaria suppetant. Pau-
peratatem professus es, & copiam exigis obedientiæ vo
uisti, & maioribus audes esse molestus? quid amplius
quæreres in seculo, quæm quod concupisci in monaste
rio? Si monachi geris indumentum, cur dissimilem ha
bes effectum? Memento quia religionem ingressus es,
ut deo seruias, & ventri seruire desinas. Nūc de illis di
cam, quos ieunij grauat obseruatio, qui vel male ieui
nant, vel omnino non ieunant.

¶ De vitio male ieunatiū. Cap. XXIII

Male ieunantes arguit dominus, dicens: Cum Zacha.7.
ieunaretis & plangeretis, nunquid ieunium
ieiunatis mihi? Non enim domino ieunant,
qui exquisitis dapibus poculisq; mensam optimat, & nō
corpus affigere, sed gulæ blandiri studet. Non deo ie-
junant, qui ab escis tantum se cotinent, & virtus non
derelinquent. Non denique deo ieunant, qui ieunio se
satisfacere putant, & dei præcepta implere negligunt.

L

Quid enim prodest corpus tenuare abstinentia, & prae
pas cupiditates ab animo non euelleret? Si sic ieiunas, non
Christum imitaris, sed diabolum, qui certe neque come-
dit, neque bibit, & tamen nunquam a sua peruersitate
resipiscit. Sicut nec illi, quibus lamentantibus, quod ie-
junando calamitatē negrent auertere, deus respondit.

Mat. 5.3.

Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & om-
nes debitores vestros repetitis, ecce ad lites & contenti-
ones ieiunatis, & percutitis pugno impie. Sicut ergo au-
rum luto sordidatum non splendet, ita nec ieiunium ef-

Ierem. 14.

ficax est ad deum placandum, si vitia non cessant. Ob hoc
sane ad Ieremiam clamat dominus, Noli orare pro po-
pulo isto in bonum. Cum ieiunauerint, non exaudiā pre-
ces eorum, & si obtulerint holocausta & victimas, non
suscipiam ea. Quod si propter unum Ionatham, q[ui] con-
tra Saulis patris interdictum partē mellis gustauerat, de-
us iratus non dedit responsum, quomodo eum exaudi-
et, qui suæ ecclesiæ iussa contemnit.

1. Reg. 14.

De vitio ieiunare nolētium, ventricq[ue] indulgentium, Cap. XXIII.

Lc. 13.10.

Quamvis autem aliquis in voluptatibus flagitij-
que gaudueret & obduret, si tamen cum iubetur ie-
junat, futuræ emēdationis nonnulla spes est.
Non est enim in illo penitus extictus dei timor, qui vel
hac vna in re formidat non obtemperare. Sed quid de iei-
junatione sperare licebit, qui cum nihil boni
agant, ne ieiunare quidem volunt, & dum gulæ indul-
gent, indictam quoque ab ecclesia abstinentiam irrident?
An ignorant quod ecclesiæ mandatum, dei mandatum
sit? dicente domino. Qui vos audit, me audit, & qui vos
spernit, me spernit, & qui me spernit, spernit eum qui me mi-
fit. Dum igitur ventri suo quam deo nostro malunt ob-
edire, deus eorum venter est, quod hic suadet, id sequū-
tur, quod autem deus noster iubet, contemnunt, neque
eos pudet gulæ suæ fieri mācipia, cuius dños esse conue-
nerat. Quid tandem, impune ne id sibi futuræ sperant, quod
nulla re impediri nisi gulæ vitio, ieiunare ne iussi qui-